



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Abbati Et Monachis sancti Salvatoris de Ficheco.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

propofuit replicando quia licet de quadraginta annorum præfcriptione conftaret, tempus tamen ſchifmatis quod in Luca- na Eccleſia interveniſſe per teſtes erat oſtenſum debebat merito de computatio- ne ſubduci. E contra parte altera respon- dente quod licet de ſchifmate quod in- terceſſerat fuerit facta fides cum quan- to tempore duraverit minimè ſit oſten- ſum, & potuerit modico tempore dura- viſſe, propter hoc tamen præſcriptionis ob- jectio non poterat efficaciter impedi- ri; præcipuè cum per plures teſtes quadra- ginta quinque annorum præſcriptio ſit probata. Nos igitur iis & aliis quæ cor- am nobis utrinque fuere propoſita perſ- picaciter intellectis, quia prædictus Ab- bas ſufficienter oſtendit monaſterium ſuum ſuper inſtitutionibus, deſtitutionibus, & ordinationibus Plebani & Clericorum, baptiſmo, poenitentia in levioribus culpis, ſepultura, decimarum perceptione, ac di- vinit officiis celebrandis tam in plebe quam Capellis etiam ſupradictis, in ex- communicando quoque, interdicens, & etiam abſolvendo, legitima præſcriptione munitum, Abbatem ipſum ab impetitione tua ſuper jamdictis articulis de conſilio fratrum noſtrorum duximus abſolvendum, ſuper illis tibi perpetuum ſilentium impo- nendo, ſuper aliis omnibus quæ ad jus epiſcopale ſpectare noſcuntur juxta teno- rem arbitrij eundem Abbatem quoad ple- bem & Capellas prædictas ſententialiter condemnantes. Nulli ergo omnino homi- num liceat hanc paginam noſtræ diffini- tionis infringere &c. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit &c. *uſque* incurſu- rum. Datum Ferentini 11. Kal. Novem. pontificatus noſtri anno undecimo.

ABBATI ET MONACHIS
ſancti Salvatoris de Fieſeco.

Epif. 168. De eadem re.
Cvm venerabilis frater noſter Luca- nus Epifcopus ſuper plebe de Sala- mazano & adjacentibus Capellis ipſius vo- biſcum in noſtra dudum præſentia litigan- do inſtitutionem Clericorum in eis & alia ad jus epiſcopale ſpectantia ſibi intende- ret vendicare, ad fundandam intentionem ſuam jus commune principaliter allegabat &c. *in eundem ſerè modum uſque.* Ad eli- dendam autem intentionem Epifcopi ſic fundatam, tu fili Abbas &c. *in eundem ſerè modum ut ſuprà uſque in finem.* Datum Ferentini &c. ut in alia.

GERARDO FVNDATORI
Capelle in ſuburbio Wiennæ ad honorem
ſancti ſpiritus & beati Antonij conſtitutæ.

Dilectus filius nobilis vir Dux Auf- triæ per ſuas nobis litteras intima- vit quod cum de ſuo conſilio & conſenſu Capellam in ſuburbio Wiennæ ad hono- rem ſancti ſpiritus ac beati Antonij con- ſtruxiſſes, & ad opus pauperum cum de- cem & novem areis tuis ibidem adjacen- tibus eam pio dotaviſſes amore, ſentiens odoris fragrantiam quæ per Dei gratiam de religione hospitalis noſtri ſancti ſpi- ritus* in Saxia procedit, illam ei commit- tere decreviſti, cenſum unius marcæ ar- genti ſibi annualiter reddituram. Nos igitur tuis & ejuſdem Ducis precibus incli- nati, Capellam ipſam cum omnibus bo- nis tam eccleſiaſticis quam mundanis quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidet, aut in futurum dante Domino juſtis mo- dis poterit adipiſci, necnon etiam & per- ſonas conſiſtentes in ipſa ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, eamque ſub prætaxato cenſu hospitali prædicto ſancti ſpiritus applicamus, præſentium auctoritate mandantes quatinus, ſicut hac- tenus, ſub tua interim gubernatione con- ſiſtat donec magiſter hospitalis jamdicti per ſe vel ſuum nuntium eam viſitans, ſe- cundum Deum & ſuam regulam de ip- ſius utilitate diſponat. Nulli ergo &c. hanc paginam noſtræ protectionis &c. *uſque* in- curſurum. Datum Ferentini 11. Kal. No- vemberis, pontificatus noſtri anno unde- cimo.

ARCHIEPISCOPO BENEVENTANO.

Bona memoria &c. *uſque* inveſtire. Ceterum licet tranſmiſſæ nobis tuæ litteræ continerent quod Eccleſia memo- rata ad donationem Eccleſiæ Beneventa- næ pertineat, quamvis per felicis memo- riæ Alexandrum Papam præceſſorem noſtrum prædicto collata fuerit Cardina- li, quia tamen à nonnullis accepimus quod ipſius collatio ſpecialiter ſpectat ad Ro- manum Pontificem, ac Romanam Eccle- ſiam in hac poſſeſſione reperimus, ean- dem Eccleſiam de manu noſtra duximus conferendam, nolentes ex donatione hu- juſmodi ullum Eccleſiæ Beneventanæ præ- judicium generari ſi volueris vel potueris forſan oſtendere quod eadem ad donatio- nem tuam debeat pertinere. Datum Fe- rentini.

Epif. 168. Suſcipitur in protectione apoſtolice ſedis.

Vide geſta In- noc. III. cap. 144.

Epif. 170. De donatione ejuſdem Ec- cleſiæ.